

KA'.

## POLYCHRONIUS APAMEENSIS.

Ἐκ τῶν Πολυχρονίου ἐπισκόπου Ἀπαρχείας (1), εἰς τὸν προφήτην Δανιὴλ ὑπομνημάτων τόμου β' (2).

Διὰ τὸ γὰρ εἰς χειροποίητα ἄγια εἰςῆλθεν ὁ διὰ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν οὐρανῶν (3), ὃλα διὰ εἰς αὐτὸν οὐρανόν· διὰ διά τοι τοῦτο καὶ νῦν φησὶν, ὃν τρόπον εἶδες· διὰ δὲ ἀπὸ ὅρους λίθος διὰ ἐπικήνη ἄνευ χειρῶν (4). Διὰ Ἱνα εἴπη· ἔσται δὲ πάντα τὰ περὶ τὸν Χριστὸν οὐκ ἀνθρωπίνη ἀκολουθίᾳ, ἡ δύναμις· ἡ τε γὰρ ἐκ Παρθένου γέννησις, ὑπὲρ φύσιν. Καὶ ἡ ἔνωσις τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον, παράδεξος· ἡ τε ἐνοίκησις τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἐργηνείας κρείττων· πῶς ἡνίκατη τὸ φθαρτὸν τῷ ἀφθάρτῳ, καὶ τῷ θυητῷ ἐνφύκησεν τὸ ἀθάνατον; ἐν τε τῷ περιγραπτῷ νοεῖται τὸ ἀπεριγραφόν, οὕτε τῆς κρείττονος ἐλαττουμένης φύσεως, καὶ τοῦ θυητοῦ ἀρρήτῳ τοῖν λόγῳ τὴν τιμὴν δεχομένου (5);

Polychronii episcopi Apameæ, ex *Commentariorum in Daniel libro II.*

« Non in manufacta sancta introivit Christus, quae sunt figura cœlestium : sed in ipsum cœlum. » Inde est quod eo loco, quemadmodum, vides, dicit : « Et de monte lapis abscissus est sine manibus. Ut dicat : » Erunt autem omnia quae ad Christum sunt, præter humanam consuetudinem et virtutem. Ipsius enim ex Virgine nativitas transcendit naturam ; et unio hominis cum Deo Verbo præterit mentem ; et Verbi Dei in homine incolatus omni major est interpretatione. Quoniam scilicet pacto corruptibile junctum cum incorruptibili, et in mortali mansit immortale? Et in circumscripto intelligitur incircumscriptum, nec latente præstantiore natura, sed mortali substantia inenarrabili quadam ratione honorem adipiscente?

## PARS SECUNDA.

## DE CHRISTO PERFECTO HOMINE SIMUL ET DEO PERFECTO.

## ARGUMENTUM.

Quæ subsequuntur testimonia, Nicephorus ea in duas duxit dividenda sectiones, quarum in priore collegit quæ Christum perfectum esse omnibusque numeris absolutum hominem simul et Deum demonstrant; in hanc eausam faciunt testimonia unum et quadraginta; quorum ex integro dantur nonnulla *Dionysii Areopagitæ*, *Epiphanius Cypri*, *Ambrosii Mediolanensis*, *Amphilochii Iconiensis*, *Justini martyris*, *Isidori Pelusiota*, *Cyrilli Alexandrini* et *Flaviani Antiocheni*.

Et quum multo pauciora in ultima sectione Nicephorus collegit, idem nobis auctor est eur panceissima in lucem edamus, puta *Anastasii* tantum et *Ephræmii Antiochenorum* et *Theodoti Aneyrani*. Quibus Nicephorus, qui hinc inde passim scholia cæteris aūnexuit, ut elaudat omnia, intentumque in his testimoniis congerendis linem consequatur, Christum esse Deum et hominem, eundemque sive ante, sive post resurrectionem totum et integerrimum statuit.

(1) Ἀπαρχείας. Titulum attende virumque suspicito: Polychronius enim habetur Theodori Mopsuesteni frater, egregius Scriptoræ saeræ interpres, tam in catenis variis freqnens, quam alias ignotus. Sed Nicephorus primus et unus mihi est qui Polychronio sedem hanc Apameensem assignaverit: inserendum igitur deinceps in illorum episcoporum catalogo, multis hiante lacunis, et turbis hæreticorum misere disrupto. Cf. Lequien. *Orient. Christ.* t. II. p. 907.

(2) Τοῦτο B. Ex vaticana catena Cl. Maius edidit commentaria Polycleironii in Daniel, sed nimis brevius decurtata quam ut nostra vel a longe referant. Cf. *Script. veter.* t. I. p. II, p. 103 ed. prior.—(3) Ἀληθινῶν. Heb. ix, 24. —(4) Χειρῶν. Dan. II, 54. —(5) Δεχομένου. Quæ postmodum sequuntur, præmissum habent in codice olim regio 909, titulum, de quo cf. *Prolegomena*, ex industria falsum: τοῦ ἀγίου Θεοδώρου, τοῦ γραπτοῦ.